



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XXX. Commutatio cum Rege.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

tè, & nullam iustitiam ex hoc apud vos consequi posse. Propterea præsentem indiculū ad vos direximus, per quem omninò iubemus, vt fataliter agitur de præsentem hoc, contra iam dictum illum legibus studeatis emendare. Certè si nolueritis, & aliquid contra hoc habueritis quod opponere, non aliter fiat nisi vosmetipsi per hunc indiculū commoniti, KL. illis proximis ad nostram veniatis præsentiam, eidem ab hoc integrum & legale dare responsum.

## XXX. COMMVTATIO

*cum Rege.*

**I**Lle Rex illi Regi. Nihil sibi quifque cernitur minuendo, quicquid è contra recipitur in augmento. Dum inter nos & inlustrem virum illum vnanimiter conuenit, vt loca aliqua inter nos commutare

62 MARCVLFI MONACHI  
deberemus, nos dedimus ei locel-  
lum nuncupantem illum in pago il-  
lo, cum colonicis illis, vel omnibus  
adiacentiis eorum, & merito suo,  
tam domibus, mancipiis, vineis, syl-  
uis, campis, pratis, pascuis, vel reli-  
quis quibuscumq. beneficiis, quod-  
cumque ille, vel fiscus noster, in ipsis  
locis tenuisse noscitur: & ipse hæc  
contra dedit nobis omnem portio-  
nem suam, quam in villa illa, in pa-  
go illo, habuisse visus est, cum item-  
que domibus, mancipiis, vineis, syl-  
uis, vel reliquis quibuscumque be-  
nificiis, quæcumq; ibidem habuit,  
& nos pro animæ nostræ remedio  
ibi dedimus. Qua propter hoc præ-  
ceptum commodum commutatio-  
nis ipsius, verè fieri decreuimus, vt à  
præsenti die ipsa locella cum omni-  
bus superius scriptis, vel omni inte-  
gritate sua, quicquid, vt diximus, il-  
le, vel fiscus noster ibidem tenuit,

ipse ille hoc habeat, teneat, atque possideat, & suis posteris ad possidendum relinquat, vel quicquid exinde facere voluerit, ex nostra commutatione liberam habeat potestatem: & vnaquæque pars quod in concambio bonæ pacis placuit accepisse, exinde per tempora debeat Deo permittente gratulari. Et vt hæc præceptio, &c.

**XXXI. CONFIRMATIO REGIS de omni corpore facultatis.**

**M**erito regalis clementia in illos conlata munera, vel proprietates parentum nostrorum, confirmare deliberat, quos cognoscit anterioribus Regibus, parentibus nostris, vel nobis fidem integram conseruasse inlæsam. Idcirco inluster vir ille, chartas præcedentium Regum nobis protulit recensendas, qualiter parentibus suis loca